



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Quales sint in Anglia Sacerdotum conspirationes, n. 31.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

1581. veniam deprecaretur, diceretque nunquam sibi in mentem venisse perduelli·  
onis, aut rei cuiulus capitalis accusandum; moturum certè nihil fuisse si ultra  
vincula vim proceliarum diuinasset. Cui amantissimè *Campionus*: "Admissi  
ergo sceleris apud lachrymis exorabilem Dei bonitatem, te oro pœnitentia,  
Eliotte, id sis facies, Dei gloria seruieret quidquid haec tenus factum est, aut de-  
inceps fiet. ) Cùm verò proditor (hominum iras præ Dei in sceleratos vindic-  
ata habens præ oculis) metuere se diceret, ne Catholici, mali quidpiam ad-  
uersum se machinarentur." Nihil est, inquit, cur isthac vereare; nam neque  
ea Catholicis mens est, sat scio, & ego si me audis periculum omne præstabo;  
nam meis literis munitus proficisceris in Germaniam ad magni nominis & fi-  
dei virum, cuius patrocinio lecuram, si voles, vitam deges. ) Et Eliottus qui-  
dem, quem proprius charitatis illa flamma petebat, nil ultra confusa signa  
mentis ostendit, vanâ (Iudeæ exemplo) contentus umbra pœnitentia. At A-  
triensi (quo annuente aditus ad *Campionum* proditori patuerat) his Cœlestis  
Charitatis facibus illustrato perfusum est, Deum ab ijs stare qui tam amicâ  
vindictâ grauissimas vlciscerentur iniurias, & illis qui omnibus pœnis mul-  
ctandi eslerint, viam vniuerelas euadendi tam beneuelè aperirent. Et hic forte  
erat carceris *Campiani* in turri Londinensi ille Custos qui Anno octogesi-  
mo tertio memoratur Romam ad Anglicanum venisse studiorum causa me-  
liorum.

Quales sint  
Sacerdotū  
in Anglia  
conspira-  
tiones.

Cambde-  
nus Ao. 27.  
Elizabetha

X XXI. Non sunt hi ignes ad proditiones seditionesque inflammandas  
concepti, accensi, enutriti, aliis ex fontibus hauriuntur quam quos per Ger-  
maniam Galliamque sparserunt his temporibus heretici: Non spectant illi  
ciuitatum expilations, Regionum templorumque spolia, qui ut nudum  
Christum terrenis omnibus nudi sequantur rebusque omnibus expoliavere.  
Occinant heterodoxi conspirationes quantum volent, atque ut in inuidiam  
vovent Catholicos Sacerdotes, harum istos vociferentur transactores esse at-  
que administratos. Quod genus id omne sit Conspirationum quod agitant Sacer-  
dotes in conspicuo omnibus est; ad animos ex haeresim tenebris eripiendo  
conspirant: ut doctrinæ confessionem inde ab Apostolis diripiatur, atque ad  
nos usque traductam Sanctam illibatamque tueantur, conspirant: Medijs con-  
suetis probatisque Sacramentorum conspirant: mortem alijs non machinan-  
tur, sed sibi optant potius quam ut cæteri in æternum percant. Illi neque in  
calumnia, quam vigere per omnia volunt, tam constantes esse posunt, ut non  
fateantur calumniam esse quam pro veritate obstinatissime venditant. Et certè  
(inquit Cambdenus cum de conspirationibus loquitur Catholicis Eliza-  
betha viuente impositis) ad explorandos hominum animos, subdole ar-  
tes fuerunt adhibita; literæ ementite sub profugorum nominibus submissæ,  
& in Pontificiorum ædibus relictæ; Emisarij ubique ad colligendos rumo-  
res, & verba captanda dispersi & vana deferentes admissi &c. Quid his  
artibus obtinentibus tutum? Quid à calumnia liberum esse potuit? ut merito  
*Campionus* exceperit (cum de schedis accusaretur repertis in ædibus ad quas  
ipse

ipse diuerterat) probandum fuisse à se illas esse relictas, si aduersum se quidquam 1581.  
concludi posse arbitraarentur; Merito etiam sermonem de fædere Sancto, &  
ducentis Sacerdotibus (cui le interfusile Cradocus memorabat) ad rumores  
ab huiusmodi hominibus collectos reiecit. His tamen artibus luditur apud  
haereticos, & Politicos, in innocentium sanguine & vita. Eterat, is qui Eliot-  
tum subornarat, Walsinghamus, harum instructor ait ut diligentissimus.  
*Parioris Religionis* (telte Cambdeno) assertor acerrimus, rerum occultarum  
indagator solerissimus; qui animos hominum ad res suas adiungere apprimè  
calluit; qua in re cùm nullis lumentibus parceret, quò & animo suo aduersus  
Catholicos infestissimo satisficeret, & apud Reginam, potentiorelq; e auli-  
cos gratiam auceparetur, tantis impensis rem priuitam extenuauit, Ut aere  
alieno oppressus, in tenebris, sine funebri celebritate ad Sancti Pauli Londini  
inhumaretur. Ita qui malis artibus fluxam mundigloriam inlestantur, cùm  
omnium scelerum improbitate excelluerint, moriuntur inglorij. *Campiani*  
virtus, eruditio, industria, constantia, mors atrox Christi causâ fortiter obi-  
ta, viuet omnium gentium nobilitata præconijs, & laurea redimita im-  
mortali.

X XXII. Cuius immortalitatis consortes, *Sherwinum*, & *Briantum*, fas Sherwinus  
non est silentio præterire; quando ille, non tolùm collega Martyrj, sed & qualis.  
itineris in Angliam, & in disceptatione cum heterodoxis in Arce locis, cau-  
sam Religionis inuesti animi robore, rationum iusto pondere, & magna di-  
cendi libertate sustinuerit: *Briantus* duobus annis antequam ex virtute per-  
actata vitam beato sine coronaret, Societatem optarit, & tandem voto se ad-  
strinxerit ingrediendi. *Sherwinus* gradum in Philosophia adeptus Oxonij, &  
inter Seniores (vt vocant) adscriptus, quò attenitus haeresis Schismatisq; fir-  
mamenta intropiciebat, cò fluxa magis, atque male sibi haerentia detegens,  
Duacum le primùm, ruinam fugiens, deinde Romam recepit, ædificium lo-  
lidum in Petra locaturus, & Latinarum, Græcarum que ac Hebraicarum li-  
terarum ornamenti, quibus erat insignis, Philosopherum ac Theologorum  
grauitatem adiuncturus. Anno octogesimo comes itineris additus *Campiano*  
& *Personio*, hæsit aliquamdiu Rhemis, Thomæ Goldwelli Episcopi Assa-  
phenis, qui & ipse trajectio in Angliam meditabatur, rationes lecutus:  
Illo deinde ægritudine ac senio præpedito, evasit hic quidem in Angliam, sed  
non diu indignantium haeticorum vitavit diligentiam: Paucos post menses  
captus, annum integrum acerbitate carcerum tentatus est: Neque enim di- Ribadenei.  
cere possum afflictum aut vexatum, quem in ipsiusmet literis lego tam mag- ra. l. 2c. 330.  
nâ perfolum lætitia, vt risum vix teneret quando vinculorum suorum audie-  
bat strepitum, omni musico concentu gratiorem. Non multis vero ante sup-  
plicium diebus scribens ad amicos, "Diu est (inquit) ex quo mortali hoc cor-  
pore exui, & Sancta & gloriola Christi vulnera sedentis in dextera Patris ex-  
oculari sperans, tam magnam animi tranquillitatem experior, vt minimum  
me mortis sententia nuper pronuntiata commouerit, aut vita huius indicta  
breuitas: )

Camdenus  
Elizabetha  
33.